



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

9. Matres aspectu partu[m] afficientes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

quam uti omino falsam esse posse scio; ita, licet vera sit, uti esse potest, certus sum à viperinis his linguis venenari: quæ pensi nihil habent mentiri, quando illis locus est calumniari. Alia mater apud Læuinum Lemnium, monstrum enixa est, quod, post primum lucis intuitum, conclauæ stridoribus impleuit, atq; vltro citroq; discurrit, latebrasq; quæsuit, dignas principe tenebrarum. Quid aliud meruisset Orci laruis gauisâ, quam Stygij patris characterem? Qualem oculis figuram vidit, talem ventre concepit. Nihil à natura alienum est, si strabo generet strabonem.

Empedoclis scitum est, imaginem, quæ animo mulieris, in ipso concipiendi articulo, occurrit, tantum habere virium in eam fœtum, qui effigiatur, ut ipsius rei character quasi impressus perpetuo hæreat. Hac etiam de causa Quintilianus matronam defendit, quæ Aethiopem enixa fuerat, cum eius coloris iconem in thalamo habuisset. Et Hippocrates quoque mulierem suspitione adulterij laborantem, quia marito penitus dissimilem filium pepererat, liberauit, quod mulier illa, in cubiculo picturam fixius aspexisset, cui similem infantem genuerat. Vixit adhuc nostra ætate æquè bello ac sanguine nobilis vir, cui in pueritia, omnes Angelicum vultum fuisse dictitabant. Ipse autem solebat dicere, matrem suam, cum prægnans esset, scitissimæ formæ Angelum in pyxide depictum identidem secum in manu gestasse, & ad hunc ipsum finem assidue contemplatam esse. Consecuta est igitur, quod volebat, Angelum peperit, sed carne atque corpore indutum; quem & ipse sæpe vidi, atq; hanc causam formæ suæ affirmare audiui.

Alia ex larvato viro, terribilem soboli formam, & ad Satyri modum contuolos atq; introrsum contortos oculos, vultumq; profus Acheronticum impressit. *Vrbs est, in Brabantia Buscumductis, inquit Augustinus Viues, in qua, ut in alijs eiusdem terra, stato anni die, quo ferunt maximum vrbis templum dedicatum, publicè supplicatur, ludiq; varijs diuis exhibentur. Sunt qui tunc personas diuorum induant: sunt qui demonum. Ex his vnus, cum visa puella exarsisset, domum saltitans se recepit, & correptam, ut erat personatus, uxorem suam in lectum coniecit. se ex*

Sabell. lib. 7.
Enn. 9. Læuin.
Lemn. l. 1. c. 8.
de occult.
nat. mirac.

IX.

X.

Augustin.
Viues in l. 12.
S. Aug. de
ciuit. cap. 5.
Et Hier. Tor-
quemada in
Horto Florū.

XXXX 3

ca de